

## Ablativus modi

Hoc **nullo modo** fieri potest. ....  
Hungari **more patrio** principem creaverunt. ....  
Verba oratoris **cum voluptate** audivimus. ....  
Populus ducem **maximo (cum) gaudio** excepit. ....  
Hi discipuli **magna (cum) diligentia** discunt. ....  
Hostes urbem **fraude** tantum occupare potuerunt. ....  
Romani **hac condicione** cum hostibus pacem fecerunt. ....  
Ludovicus rex **iure** Magnus appellatur. ....  
Mater mea **multis (cum) lacrimis** hoc mihi enarravit. ....  
Haec avis **incredibili (cum) celeritate** volat. ....  
Discipuli **silentio** in templum eunt. ....  
Milites nostri **magna (cum) gloria** dimicabant. ....  
Soror mea **gravissimis (cum) doloribus** mortua est. ....  
Hanc epistulam **magna (cum) cura** scripsi. ....  
Libros tuos **cum voluptate** legebam. ....  
Milites **maximo (cum) labore** pontem faciunt. ....  
Parentes nos **cum severitate** educant. ....

## Ablativus instrumenti

**Oculis** videmus, **auribus** audimus. ....  
Sol **luce sua** omnia illustrat. ....  
Pater meus **eloquentia** magnam gloriam sibi peperit. ....  
Hostes totam regionem **ferro ignique** devastaverunt. ....  
Tauri **cornibus** se defendunt. ....  
Multi **divitiis** male utuntur. ....  
Dux **urbe** brevi tempore potitus est. ....  
Hic vir **munere** diligenter fungitur. ....  
Multi **pulchritudine** naturae non fruuntur. ....  
Quare **occasione** non es usus? ....  
Non omnes possunt **ratione** uti. ....  
Infantes **lacte** vescuntur. ....  
Defatigati saepe **otio** frui non possunt. ....  
Nostri **castris** hostium potiti sunt. ....  
Pater meus **fortuna** uti nunquam potuit. ....  
**Per servum** ad te epistulam misi. ....  
Hostes **per legatos** a Romanis pacem petiverunt. ....  
**Per amicum** meum ab eo libros petam. ....  
Urbs **per me** servata est. ....